Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Incapite ieiunii

Cum ieiunatis &c. Mt. 6. Quia omne opus bonum et vir
tuosum debet regulari regula racionis que adinvenit medium
et virtute. Ideo hodie in capite ieiunii salvator nos regulat qualiter
sit ieiunandum. Unde in tota serie ewangelii ita facit. Primo enim
premittit modum ieiunandi quod est quod sit cum leticia sit cum voluntate
Exemplum extra mit et domitum. Item quod sit cum leticia habet racionem virtutis. Unde sap.
dicit quod signum habitus virtuosi est operari cum delectacione. Unde quando fit cum leticia
facit hominem pinguescere et in iuventute longevum esse. quia tempore gaudium flo
rida facit etate. Et propter hoc dominus instruens discipulos in persona omnium dixit
Cum ieiunatis id est quando venit tempus in quo vos et alii extra meo ieiunabi
tis nolite fieri id est apparere in vultu tristes et minus in corde sicut faciunt ypo
crite. qui exterminant facies suas gratia tristicie ostendendo quia non lavant
vultum non radunt barbam non componunt capillos declinant facies in terram
quod omnia sunt signa tristicie. Ut per hoc credantur ab omnibus ieiunantes ut per hoc sancti
appareant ac terrena contempnant. Dico vobis quod tales receperunt
mercedem suam id est quia ieiunaverunt propter suam laudem non propter dei honorem et
ut soli hominibus placerent et non deo. et ideo nullam mercedem accipiet a
deo sed solum ab hominibus qui eos laudant et hoc iustum est quia nichil aliud querit
Omnes sunt stulti qui sic laudem humanam querunt et contempnunt eternam
Hec. Secundum. Tu autem cum ieiunas. ubi tangitur intencio ieiunantis
quod debet fieri ad quatuor. Primum est debilitacio hostis. Secundum sanacio pestis. Tercium
elevacio mentis. Quartum conservacio cordis. Primum est debilitacio hostis
qui est fomes peccati qui regnat in nobis. videlicet in membris nostris et extinguitur
per subtractionem ciborum. proverbium. Cum defecerint ligna extinguetur ignis
Et de hoc habemus exemplum in vitas patrum. Ubi dicit abbas Johannes. Si voluerit
rex obtinere civitatem. Primo aquam tenet et escas prohibet. ut sic homines
fame pereant aut se subiciant. ita est de passionibus ventris. si homo ieiunio
et fame conversatur. Sed notandum quod subtractio ciborum debet modum habere. non debemus
nos habere sic ad hostem et continue. Secundum est sanacio pestis. nam omnia
contraria curantur. peccatum enim intravit in mundum per initium gule. igitur re
medium peccati debet esse ieiunium. per hoc enim subtrahatur celis. et ad conte
placionem dei per sanctificationem redditur. sicut videmus in nubibus aer enim per ele
vacionem nebularum et vaporum obscuratur et solis claritas nobis
[struck out] occultatur. sic per sumpcionem multarum escarum fit crapula et
intellectus obcecacio. propter quod homines non sunt acuti intellectu per cibum. Unde Gregorius.
qui corporalia ieiunio vitia comprimis mentem elevas virtutem largiris &c. Quartum est con
servacio cordis. In corde enim vita hominis consistit. Vita autem per mo
deranciam ciborum conservatur. Eccl. In multis escis non deerit infir
mitas. Et propter crapulam multi perierunt qui autem abstinens est adi
ciet vitam. Exemplum in vitas patrum. dixit abbas discipulis frequenter videns

viij.